

Svobodová, Dana

**Diluvia diluenda! Potopám zatopit!**

*Graeco-Latina Brunensia*. 2013, vol. 18, iss. 2, pp. [239]-246

ISSN 1803-7402 (print); ISSN 2336-4424 (online)

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/128945>

Access Date: 17. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

DANA SVOBODOVÁ

(I. LÉKAŘSKÁ FAKULTA UNIVERSITY KARLOVY, PRAHA)

## ***DILUVIA DILUENDA! POTOPÁM ZATOPIT!***

*The subject of the article, which is introduced by Latin elegiac couplets of Laudatio of Doc. Elena Marečková, is the “decline and fall” of mankind since its “golden age” through the Flood as consequence of Jove’s anger up to the restoration of human race as put in Ovid’s Metamorphoses (1.69–348 passim). The present translation aims to depict the wellknown story in a new garment that takes no notice of the common approach found in the Czech translatology tradition: instead of following the principle of identity of the form and without trying to imitate the classical metrical verse of the original text, i.e. the dactylopondaic hexameter, by means of the Czech syllabotonic verse (“hexameter”),<sup>1</sup> the author decided to concentrate on other qualities of Ovid’s text rather than on his – undoubtedly brilliant – verse technique. In order to mediate the unique atmosphere of particular scenes, visual and acoustic stimuli have been emphasised as well as onomatopoeic effects, occasional rhymes in mostly 5- or 6-foot (rarely 4-foot) free verses with dactylotrochaic cadence and enjambement, a key-stone as it were, which altogether should maintain continuous tension within the colourful perpetuum carmen as announced by Ovid in his exposition of Metamorphoses (1.3–4).*

**Keywords:** Literature, Roman poetry, Ovid (*Metamorphoses*), Translation (Latin – Czech)

ELENAE, DOMINAE CLARISSIMAE, LAUDATIO

Iam Solis tetigit quadriga polos hilaresque  
demittit radios lucida ab arce Leo:  
laetitiae nam tempus adest – clarissima vero  
hora diesque Elenes, eximiae dominae,  
quem non sola domus patrisque gloria adornat,

---

<sup>1</sup> To the problem of the tricky character of the „Czech hexameter“ see NOVÁKOVÁ (1947) and SVOBODOVÁ (2003). The experimental proof of here presented principles in practice see in SVOBODOVÁ (2001). As for the latest relevant analyses notice BAŽIL (2010a) and BAŽIL (2010b).

vero etiam tanti aureola ingenii.  
 En pede laeto libratisque alis cito pergit  
 turba Camenarum concomitata deis  
 numinibusque aliis, quot habet vicinia, Nymphis:  
 cuncti concurrunt et venerantur, amant.  
 Primus ille deus, cui nomen Fatidicus stat,  
 praeses doctorum, spes bona non validis,  
 anguibus progenieque sua bene cinctus  
 et lauro viridi tempora vinctus adest.  
 Post hos collegae studiosorumque caterva  
 procedit, spargens cantica mira, rosas.  
 Salve, Elene, venerandaque amabilis omnibus doctis,  
 quem mortalibus ars dedicat harmoniae!  
 Dona modesta manu placida accipe veste recenti –  
 laxatos non vi, sed pede versiculos  
 Nasonis. – Modo clara dies, Elene, tibi fluctus  
 temporis pacificet, certe favente Deo.  
 Sit tibi magnanimae natura per aeva Leaenae,  
 sint tibi forma, vigor, dulcia praemia apisi!

#### Creatio hominis (ov. met. 1.69–88<sup>2</sup>)

70 Vix ita limitibus dissaepserat omnia certis,  
 cum, quae pressa diu massa latuere sub illa,  
 sidera coeperunt toto effervesce caelo.  
 Neu regio foret ulla suis animalibus orba,  
 astra tenent caeleste solum formaeque deorum,  
 75 cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,  
 terra feras cepit, volucres agitabilis aër.  
 Sanctius his animal mentisque capacius altae  
 deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset.

80 Natus homo est: sive hunc divino semine fecit  
 ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
 sive recens tellus seductaque nuper ab alto  
 aethere cognati retinebat semina caeli;  
 quam satus Iapeto, mixtam fluvialibus undis,  
 finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.  
 Pronaque cum spectent animalia cetera terram,  
 85 os homini sublime dedit, caelumque videre  
 iussit et erectos ad sidera tollere vultus.

Sic, modo quae fuerat rudis et sine imagine, tellus  
 induit ignotas hominum conversa figuras.

#### Stvoření člověka

70 Sotvaže veškeré jsoucno již dostalo  
 vnitřní stavbu a řád, až posavad ztopené v kalu  
 tisíce hvězd se začaly na nebi rozežíhat.  
 Aby pak každý kraj byl domovem vlastnímu tvorstvu,  
 podoby božstev a hvězd jsou bytem v nebeských pláních,  
 75 rej stříbrných ryb zas vlnky svou náručí chrání,  
 pevniny divou zvěř, vzduch k čerání ptactvo.  
 Dosud však nebylo tvora povahy ušlechtilější,  
 schopného směřovat výš, všem zbylým být vládčem.

80 I zrodil se člověk – ať z božského semene stvořen  
 tím strůjcem veškerenstva a původcem lepšího světa,  
 nebo že mladičká země, teď éteru shůry  
 vzatá, si hýčkala sémě bratrských nebes  
 a pak že Prométheus ji smísl s dešťovou vodou,  
 vtisknuv jí podobu bohů, již spravují svět...  
 Zatímco běžný tvor se plahočí s pohledem k zemi,  
 85 přímá je člověčí tvář a má tak  
 k obloze hledět, výš ke hvězdám pozvedat zrak.

Takovou proměnou prošla zem, ještě před chvílí  
 nijaká, sirá: z ní bytosti v podobě lidí se zrodily.

2

RIESE, ALEXANDER [ED.]. 1911. *P. Ovidii Nasonis Carmina. Vol. II: Metamorphoses. Lipsiae.*

## Quattuor mundi aetates (met. 1.89–150)

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,  
 90 sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.  
 Poena metusque aberant; nec verba minantia fixo  
 aere legebantur, nec supplex turba timebat  
 iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.  
 Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
 95 montibus in liquidas pinus descenderat undas;  
 nullaque mortales praeter sua litora norant.  
 Nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
 non tuba directi, non aeris cornua flexi,  
 non galeae, non ensis erat; sine militis usu  
 100 mollia securae peragebant otia gentes.

Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis  
 saucia vomeribus per se dabat omnia tellus:  
 contentique cibis nullo cogente creatis  
 arbuteos fetus montanaque fraga legebant  
 105 cornaque et in duris haerentia mora rubetis,  
 et quae deciderant patula lovis arbore glandes.  
 Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
 mulcebant zephyri natos sine semine flores.  
 Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
 110 nec renovatus ager gravidis caneabat aristis:  
 flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,  
 flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,  
 sub love mundus erat, subit argentea proles  
 115 auro deterior, fulvo pretiosior aere.  
 Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,  
 perque hiemes aestusque et inaequales autumnos  
 et breve ver spatium exegit quattuor annum.  
 Tum primum siccis aëre fervoribus ustus  
 120 canduit, et ventis glacies astricta pependit.  
 Tum primum subiere domus: domus antra fuerunt  
 et densi frutices et vinctae cortice virgae.  
 Semina tum primum longis Cerealia sulcis  
 obruta sunt, pressisque iugo gemuere iuveni.  
 125 Tertia post illas successit aënea proles,  
 saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,  
 non scelerata tamen.

## De duro ultima ferro

Protinus irrupit venae peioris in aevum  
 omne nefas. Fugere pudor verumque fidesque:  
 130 in quorum subiere locum fraudesque dolique  
 insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.  
 Vela dabat ventis (neque adhuc bene noverat illos)

## Čtvero věků

A zlatý nadešel věk, kdy beze všech sudích  
 90 a zákonů – sám – cestu práva ctil důsledně každý.  
 Nebyl strach z trestu, nebylo hrozivých slov  
 vrytých navěky v kov, a byl-li kdo v úzkých,  
 slov soudce se nemusel bát: byl klidný i bez advokáta.  
 S mateřských hor dosud do plynných vodstev  
 95 nesjela pinie státa dálným obzorům vstříc:  
 kromě vlastního břehu nic už smrtelník neznal.  
 Nevroubil doposud žádný z měst strmý příkop,  
 nebylo rohů z křivého kovu a nebylo ani  
 polnice, nebyly přílby a meč: i bez vojsk se žilo  
 100 bezpečně v sladkém nicnedělání.

Půda, již rádo doposud nenapadlo,  
 již dosud netkl se rýč, sama od sebe dávala vše.  
 A stačilo všem, co k jídlu jim zchystala  
 105 příroda sama: plod planiky sbírali, lesní  
 jahody z hor a dřínky, košíčky v trnitém  
 ostružině i žaludy z košatých dubů spadlé.  
 Celý čas bylo jaro, dech vlahých západních vánků  
 si pohrával s kvítky, jež bez semen vzešly.  
 I půda dávala plody, ač neznala orbu,  
 110 těžkými klasy vlnil se lán, nijak nevzdělávan.  
 S potoky mléka nektarů proud kvapil hojný,  
 za kapkou kapka zlatavý med kanul ze svěžích dubů...

Když v Tartaros temný uvržen Kronos a Zeus  
 když převzal nad světem moc, tu vzešlo stříbrné plémě –  
 115 horší než zlaté, leč přesto lepší než narudlý bronz.  
 Zeus nyní zkrátil trvání někdejší vesny  
 a do čtyř období rozdělil rok, mezi léto  
 a zimu, vrtkavý podzim a kratičké jaro.  
 Tehdy se poprvé tetelil vzduch, suchým žárem  
 120 rozpálený, bič větrů v led měnil dešť ještě v pádu.  
 Tehdy si lidé poprvé dopřáli střež: za ně sloužil  
 kryt jeskyně či houští, rost z kůlů natěsno svázaných lýčím.  
 Do lůna dlouhých brázd tehdy poprvé obilná zrna  
 skryla a pod tíhou jha tehdy prvně odfrkli býčci.

125 Pak přišlo třetí – bronzové – pokolení  
 a lítější bylo a jakoby rostlé s ukrutnou zbraní;  
 leč neznalo hřích...

## To dnešní je z tvrdých železných rud.

Rázem veškeré zlo se vřítlo v onen věk  
 kovu nejsprostšího a stud, věrnost pravdě a slovu  
 130 jsou pryč a na jejich místo se dostaly podvod a lest  
 a úskok, násilí, chtíč, jenž vlastní chce za každou cenu.  
 Větrům – ač dosud neprobádaným – plachtiví plavec

- navita, quaeque diu steterant in montibus altis,  
fluctibus ignotis insultavere carinae.
- 135 Communemque prius, ceu lumina solis et auras,  
cautus humum longo signavit limite mentor.  
Nec tantum segetes alimentaue debita dives  
poscebatur humus, sed itum est in viscera terrae:  
quasque reconciderat Stygiisque admoverat umbris,
- 140 effodiuntur opes, irritamenta malorum.  
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum  
prodierat; prodit Bellum, quod pugnat utroque,  
sanguineaue manu crepitantia concutit arma.  
Vivitur ex raptō; non hospes ab hospite tutus,
- 145 non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.  
Imminet exitio vir coniugi, illa mariti:  
lurida terribiles miscent aconita novercae:  
filius ante diem patrios inquirat in annos.  
Victa iacet pietas; et virgo caede madentes
- 150 ultima caelestum terras Astraea reliquit.
- teď svěřil i lodní kýl, tak dlouho na svazích hor  
se vypínající, a po hřbetech vln klouzal neznámo kam.  
135 Půdě, jež tak jako vzduch či sluneční jas kdysi bývala  
všech, měřič po celé délce určil mez, na vlas přesně.  
Ne však obilí pouze a plody měla teď skýtat  
úrodná prst: člověk pronikl do útrob země  
a skvosty, ta dráždila nepravostí, jež ukryla  
140 stranou, až v říši Stínů, rve z jejího nitra.  
Zhoubný železný kov spatřil světlo světa, a ještě  
zhoubnější zlato – a válka, jež šermuje tím jako tím  
a řinčivou zbraní mává v krvi zbrocené dlani.  
*Urví, co může!* je heslo dne. Host před hostitelem  
145 není si jist, tchán před zetěm, vzácná je bratrská láska.  
Manželce manžel osnuje smrt, žena muži,  
sinavý jed ruka hrůzné macechy míchá,  
syn se pídí už dnes, kolik let zbývá otci...  
Zdupána v prach leží zbožnost a krvi nasáklou zem  
150 i panenská Díké již opustila – jako poslední z bohů.

#### Gigantomachia (met. 1.151–195, 241–261)

- Neve foret terris securior arduus aether,  
affectasse ferunt regnum caeleste Gigantas  
altaque congestos struxisse ad sidera montes.  
Tum pater omnipotens misso perfrigit Olympum
- 155 fulmine et excussit subiectae Pelion Ossae.  
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent,  
perfusam multo natorum sanguine Terram  
immaduisse ferunt calidumque animasse cruorem,  
et, ne nulla suae stirpis monumenta manerent,
- 160 in faciem vertisse hominum. Sed et illa propago  
contemptrix superum saevaeque avidissima caedis  
et violenta fuit: scires a sanguine natos...

- Quae pater ut summa vidit Saturnius arce,  
ingemit et, facto nondum vulgata recenti
- 165 foeda Lycaoniae referens convivia mensae,  
ingentes animo et dignas love concipit iras  
conciliumque vocat. Tenuit mora nulla vocatos.

- Est via sublimis, caelo manifesta sereno:  
lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
- 170 Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis  
regalemque domum. Dextra laevaue deorum  
atria nobilium valvis celebrantur apertis;  
plebs habitat diversa locis; a fronte potentes  
caelicolae clarique suos posuere Penates.
- 175 Hic locus est, quem, si verbis audacia detur,  
haud timeam magni dixisse Palatia caeli.

#### Vzpouřa Titánů

- A snad aby vysoký éter neskýtal více jistot  
než země, nebeskou říš si prý Titáni podrobili chtěli:  
i vztyčili z hromady hor strmý vrch až ke hvězdám.  
Tu sám Otec všemohoucí vzal blesk a mrštiv jím dolů  
155 řál Olymp a Pélion vrch srazil s temene Ossy.  
Jak ta hrozivá těla ležela pod tím  
závalem půd, tu Zem, celá lepkavá krví svých synů,  
vdechla – jak praví pověst – život té stydnoucí krví,  
a aby tu přeci jen zbyla vzpomínka na její děti,  
160 dala jí člověčí tvář... I touto generací  
však cloumala bezmezná krutost, ba rozkoš z vražd:  
bohů nedbali ti zřejmí zrozcení krve...

- Jakmile Kronův syn to z výšin Olympu spatřil,  
vzdychl a v mysli mu vyvstal odporný čin, jež dosud  
165 málokdo znal: hnus hodů, jež Lykáón právě  
zinscenoval... Hněv hodný Dia mu zachvátil hruď.  
Svolá sněm. – Všichni bohové přišli bez meškání.

- Je cesta tam ve výši a na jasné nebeské báni  
již z dálky je patrný bílý svit Mléčné dráhy;  
170 po ní k paláci mocného Hromovládcе jdou  
bohové: ten proudící dav zvou zprava i zleva  
hostinné náruče síní vznešených Olympánů,  
tu a tam bydlí nižší božstva, zde v čele je sídlo  
těch z nebešťanů, jimž náleží zvláštní sláva a moc.  
175 To místo bych přímo *nebeský* – mám-li si troufnout  
to říci – *Palatin* pojmenoval...

- 180 Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,  
 celsior ipse loco sceptroque innixus eburno  
 terrificam capitis concussit terque quaterque  
 caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.  
 Talibus inde modis ora indignantia solvit:
- 185 'Non ego pro mundi regno magis anxius illa  
 tempestate fui, qua centum quisque parabat  
 inicere anguipedum captivo bracchia caelo.  
 185 Nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno  
 corpore et ex una pendebat origine bellum.  
 Nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,  
 perdendum est mortale genus. Per flumina iuro  
 infera sub terra Stygio labentia luco:  
 190 cuncta prius temptata. Sed immedicabile vulnus  
 ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.  
 Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Nymphae  
 Faunisque Satyrique et monticolae Silvani:  
 quos quoniam caeli nondum dignamur honore,  
 195 quas dedimus, certe terras habitare sinamus.
- (...)
- 241 (...) Qua terra patet, fera regnat Erinyes.  
 In facinus iurasse putes. Dent ocios omnes,  
 quas meruere pati (sic stat sententia) poenas!
- 245 Dicta lovis pars voce probant stimulosque frementi  
 adiciunt, alii partes assensibus implent.  
 Est tamen humani generis iactura dolori  
 omnibus, et, quae sit terrae mortalibus orbae  
 forma futura, rogant; quis sit laturus in aras  
 tura; ferisne paret populandas tradere terras.  
 250 Talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae)  
 rex superum trepidare vetat, subolemque priori  
 dissimilem populo promittit origine mira.  
 lamque erat in totas sparsurus fulmina terras:  
 sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether  
 conciperet flammam, longusque ardesceret axis.  
 255 Esse quoque in fati reminiscitur, adfore tempus,  
 quo mare, quo tellus correptaque regia caeli  
 ardeat et mundi moles operosa labore.  
 Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.  
 260 Poena placet diversa, genus mortale sub undis  
 perdere et ex omni nimbo demittere caelo.
- 180 Když tedy v mramorové síni zasedli bozi,  
 o něco výše Zeus, opřen o žezlo ze slonoviny,  
 třikrát či čtyřikrát zlověstně potřásl kšticí  
 (i cítila záchvěvy zem, s ní moře i hvězdy)  
 a tomuto proudu slov spustil stavidla hřmících úst:
- 185 „Ani za oněch dnů, kdy se na nebe sápal  
 houf dobyvačných storukých Hadonožců,  
 jsem o svou vládu nad světem neměl takový strach  
 jako teď! Neboť jakkoli lýtý, byl nepřítel jednoho zrna,  
 jeden a týž byl zdroj toho boje.  
 Nyní však smrtelné pokolení jsem nucen  
 vyhubit od moře k moři, jež kolkolem omývá zem.  
 – Přisáhám při řekách podsvětních, jež styžskýmí hájí  
 se plíží, že zkusil jsem vše: leč neléčitelný  
 úd nutno odetnout, aby zdravá tkáň ušla zmaru.  
 Mám polobohy, mám venkovská božstva, mám nymfy,  
 fauny a satyry, Silvána z hor, boha stád:  
 ať aspoň zemi, můj dar, mohou obývat v klidu,  
 195 když olympských výšin lesk jim prozatím nemohu dát...
- (...)
- 241 Celý svět je v moci zlých Lític, jakoby sročen  
 v zločinný pakt. Co nejdřív ať všichni  
 zakusí řádný trest! Neboť tak zní má nezvratná vůle.“
- 245 Jedni se nahlas přidávají a stupňují zlobu  
 hřímajícího Dia, druzí souhlasí mlčky.  
 Všem je však líto té zkázy, jež stihnout má  
 lidský rod... A chtěli by znát, jak zem bude  
 bez lidí vypadat... Kdo kadidlo oltářům bez nich  
 dodá...? Má v úmyslu zem divě zvětí dát v plen?  
 250 Jak se tak různě dotazovali, král nebes  
 zjednal si klid: vše nutné prý zařídí sám. A slíbí  
 rod starému lidstvu nepodobný a z pravláštních zdrojů...  
 A již rojem blesků se chystal skropit okrese zemský –  
 když vtom ho jal strach, aby tolik ohňů snad nepodpálilo  
 posvátný éter a nevzpálala širá nebeská báň.  
 Vzpomene též, co v Osudu psáno: že nastane čas,  
 kdy moře i souš, sám nebeský trůn budou hořet  
 a úžasná nebeská tkáň se naplní ozvěnou vzdechů...  
 – Odloží Zeus blesk, dílo kyklópských rukou,  
 260 a vymyslí opačný trest: zhubí smrtelný rod  
 pod přívalem vod. A děšť spustí z celého nebe...

**Diluvium** (met. 1.262–312)

Protinus Aeolius Aquilonem claudit in antris,  
 et quaecumque fugant inductas flamina nubes,  
 emittitque Notum. Madidis Notus evolat alis,

**Potopa**

Do Aiolových slují hned Borea zavře  
 se všemi větry, jež rozptylují oblačné clony.  
 Jen Nota vypustí ven... Notos perutí vlhkých dá se

- 265 *terribilem picea tectus caligine vultum:*  
*barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,*  
*fronte sedent nebulae, rorant pennaque sinusque.*  
*Utque manu late pendentia nubila pressit,*  
*fit fragor; hinc densi funduntur ab aethere nimbi.*
- 270 *Nuntia lunonis varios induta colores*  
*concipit Iris aquas alimentaue nubibus adfert.*  
*Sternuntur segetes et deplorata colonis*  
*vota iacent, longique perit labor irritus anni.*
- Nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum*  
 275 *caeruleus frater iuvat auxiliariibus undis.*  
*Convocat hic Amnes. Qui postquam tecta tyranni*  
*intravere sui, 'Non est hortamine longo*  
*nunc' ait 'utendum. Vires effundite vestras*  
*(sic opus est), aperite domos ac mole remota*  
 280 *fluminibus vestris totas inmittite habenas!*
- lusserat. Hi redeunt ac fontibus ora relaxant,*  
*et defrenato volvuntur in aequora cursu.*  
*Ipsae tridente suo terram percussit: at illa*  
*intremuit motuque vias patefecit aquarum.*
- 285 *Expatiat ruunt per apertos flumina campos,*  
*cumque satis arbusta simul pecudesque virosque*  
*tectaue cumque suis rapiunt penetralia sacris.*  
*Si qua domus mansit potuitque resistere tanto*  
*indeicta malo, culmen tamen altior huius*  
 290 *unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres.*  
*Iamque mare et tellus nullum discrimen habebant:*  
*omnia pontus erant: deerant quoque litora ponto.*  
*Occupat hic collem; cumba sedet alter adunca*  
*et ducit remos illic, ubi nuper ararat.*
- 295 *Ille supra segetes aut mersae culmina villae*  
*navigat: hic summa piscem deprendit in ulmo.*  
*Figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,*  
*aut subiecta terunt curvae vineta carinae.*  
*Et, modo qua graciles gramen carpere capellae,*  
 300 *nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.*  
*Mirantur sub aqua lucos urbesque domosque*  
*Nereides; silvasque tenent delphines et altis*  
*incursant ramis agitataue robora pulsant.*  
*Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones,*  
 305 *unda vehit tigres. Nec vires fulminis apro,*  
*crura nec ablato prosunt velocia cervo.*  
*Quaesitisque diu terris, ubi sistere posset,*  
*in mare lassatis volucris vaga decedit alis.*  
*Obruerat tumulos immensa licentia ponti,*  
 310 *pulsabantque novi montana cacumina fluctus.*  
*Maxima pars unda rapitur: quibus unda pepercit,*  
*illos longa domant inopi ieiunia victu.*
- 265 *v let a smolná černí mu hrozivý obličej halí:*  
*deštěm ztěžklý má vous, voda z šedých vlasů mu crčí,*  
*na čele sedí cár mlh, plně vláhy má pernaté roucho.*  
*Stačí, když cíp mračných drapérií kolkolem zmáčkne,*  
*a ozve se třesk – z nebe záplavy vod se lijí.*
- 270 *Oděna v duhový šat teď Íris, Héfina věrná,*  
*nabírá vodního žilvu a potravu dodává mrakům.*  
*Klasy jak pokosené se válejí v blátě, nadějím*  
*na doprovod: byl marný roční rolníkův pot...*
- Málo je Diovu hněvu cisterna nebeské vláhy:*  
 275 *i Poseidón, blankytný bratr, se rád přidál s přívaly vln.*  
*Svolá bohy všech řek, a když v obydlí vládce*  
*se sešli, on praví: „Na proslovy už není čas.*  
*lhned rozlijte všechny své síly –*  
*tak velí nutnost! – a otevře každý dům, zbořte hráz*  
 280 *a všechno svým proudům vydejte napospas!“*
- Tak děl. Řeky obrátí tok a dokořán otevřou zřídla*  
*a odtud jak bez otežlých se tryskem vstříc valí moři.*  
*On sám pak trojzubcem udeří v zem: ta se zachvěla*  
*a gejzířům vod tím otřesen pomohla ven...*
- 285 *Z řečišť vyhřezlé proudy se hrnou do volných plání*  
*a berou s sebou jak setbu a stromy, tak dobytek, lidi*  
*a domy – i s vybavením, ba včetně domácích svatých.*  
*Zůstal-li některý dům na svém místě a takové spoušti*  
*odolal, aniž se zřítíl, má pro změnu ztopen*  
 290 *pod vodou štit... Kdesi hlubinou zalnknu palác je skryt...*  
*A pak již nebylo hranic mezi mořem a souší,*  
*všechno byl oceán, a neměl ten oceán břehy.*  
*Na vršek kopce se vyškřábal jeden, druhý zas v loďce*  
*vesluje – tam, kde oral před malou chvílí.*
- 295 *Tamten se plaví nad osením či nad střechem vily*  
*a tenhle zas v koruně jilmu prohání ryby.*  
*V zelený luh – když se Náhodě zlíbí – se zakousne kotva,*  
*bárky bachratý břich o svah vinic tam dole se oře.*  
*Kde před chvílkou křepké kozičky škubaly trávu,*  
 300 *tam se teď rozvalují jen tuleni neforemní...*  
*V údivu na domy, města i háje pod vodou hledí*  
*houf mořských nymf, lesem delfíni plují a větvořím dubů,*  
*jímž lomcuje proud, se s nárazy prolétají.*  
*S ovceři plave tu vlk, vlna plavě lvy s sebou nese*  
 305 *(i tygři jsou hříčkou vln!). – Jak málo je jelenu platný*  
*běh, či střelhitost tesáků kanci ve vodním víru!*  
*Předlouho v široštru po drnu pátral pták,*  
*až na zplihlých křídlech ztraceně do moře padá.*  
*Již zalila kopce nezkratná moc toho žilvu*  
 310 *a další příliv už buší do štitů hor:*  
*přívaly vln zhlty téměř vše, a i tvor, jenž se vymknul*  
*propasti vln, zhyнул hlady a vyčerpáním...*

**Deucalion et Pyrrha** (met. 1.313–348)

Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,  
terra ferax, dum terra fuit. Sed tempore in illo  
315 pars maris et latus subitarum campus aquarum.  
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,  
nomine Parnasus, superantque cacumina nubes.

Hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)  
cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,  
320 Corycidas nymphas et numina montis adorant  
fatidicamque Themim, quae tunc oracula tenebat.  
Non illo melior quisquam nec amantior aequi  
vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.

Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem  
325 et superesse virum de tot modo milibus unum  
et superesse videt de tot modo milibus unam,  
innocuos ambos, cultores numinis ambos,  
nubila disiecit, nimbisque aquilone remotis  
et caelo terras ostendit et aethera terris.  
330 Nec maris ira manet; positoque tricuspede telo  
mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum  
extantem atque umeros innato murice tectum  
caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonanti  
inspirare iubet fluctusque et flumina signo  
335 iam revocare dato. Cava bucina sumitur illi  
tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,  
bucina, quae medio concepit ubi aëra ponto,  
litora voce replet sub utroque iacentia Phoebos.  
Tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba  
340 contigit et cecinit iussos inflata receptus,  
omnibus audita est telluris et aequoris undis,  
et quibus est undis audita, coërcuit omnes.

Iam mare litus habet; plenos capit alveus amnes;  
flumina subsidunt, collesque exire videntur;  
345 surgit humus; crescent loca decrescentibus undis:  
postque diem longam nudata cacumina silvae  
ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.

Redditus orbis erat.

**Deukalión a Pyrrha**

Od attických plání boiótský kraj dělí Fókis,  
zem úrodná (dřív, dokud bývala zemí), v té době však  
315 záplavou vod vzniklá širá pláň, součást moří.  
Až ke hvězdám dvoji hrot strmé hory tam ční –  
Parnáossos, jenž vrcholky svými se do mraků noří...

Zde, vprostřed vodních ploch, přistál Deukalión  
s družkou lože svého (na malé kocábce pluli)  
320 a hned jdou nymfám těch hor i místním božstvům vzdát úctu  
i procké Themidě, jejíž věštírna tenkrát tam stála.  
Muž lepší a dbalejší práva než on se nenašel  
(předtím), a ani žena tak bohabojná jak Pyrrha.

Tu viděl Zeus celý svět jako jednu mokvavou louži,  
325 z tisíců mužů před nedávnem že dnes zbývá jeden,  
z tisíců nedávných žen že dnes jediná zbývá,  
oba dva nevinní a oba dva zbožní –  
i rozrazil mračna a s pomocí Borea rozehnal déšť,  
nebi předvedl zem a zemi zas čistou tvář nebes.  
330 Také hněv moře se vytrácí. Pán vodstev  
již odložil trojzub a konejší spousty vod: z hlubin  
Tritóna modravého (plec porostlou krunyřem z uliti)  
si zavola a v zvučnou mušli velí mu dout –  
signál k ústupu tokům i příbojům všem. Tritón po pás  
335 se vynoří z pěn, vezme lasturu na způsob rohu (je dutá  
a jako vír se rozvíjí směrem vzhůru) – lasturu,  
jejíž hlas svede s východním ohlušit západní břeh,  
když na širém moři se do ní obojí dech...  
Stejně i nyní: jak dotkla se úst boha s rosnými vousy,  
340 nabrala vzduch a ústup poslušně odtroubila,  
dolétl její tón k sluchu vln všech moří i pevnin  
a všechny vlny, k nimž dolétl, zkroutil ten tón.

Opadá hladina řek, z vody pahorky vystupují,  
již moře má břeh, vzduté vlny již řečištěm plují,  
345 s odlivem vln se rozrůstá souš – zpod vln roste země.  
Po dlouhé době zas obnažené – dosud od bahna,  
jež ulpělo v listí – své vrcholky předvádí les...

A tak tu zase byl svět.



## BIBLIOGRAPHY

- BAŽIL, MARTIN. 2010. „České překlady z latinského básnictví. Půdorys kapitoly z historické poetiky překladu.“ Brno, MU, *Poetický Cikháj*, 67–79.
- BAŽIL, MARTIN. 2010. „Funkční náhrady řeckého a latinského hexametru v raném překladatelském díle Julie Novákové (Functional Equivalents of the Greco-Latin Hexameter in the Early Translations by Julie Nováková.“ *Časopis pro moderní filologii*, 1–2, 64–80.
- NOVÁKOVÁ, JULIE. 1947 /ed. 1950/. „Tři studie o českém hexamtru.“ *Věstník král. čes. spol. nauk, třída filosoficko-historicko-filologická*. 5, 1–88.
- RIESE, ALEXANDER [ED.]. 1911. *P. Ovidii Nasonis Carmina. Vol. II: Metamorphoses. Lipsiae*.
- SVOBODOVÁ, DANA [TRANSL.]. 2001. OVIDIUS NASO, PUBLIUS: *Proměny (Metamorphoses)*. Výbor (Selection). BB Art. Praha.
- SVOBODOVÁ, DANA. 2003. „Český ‘hexametř’ aneb pokus o nemožné.“ *Auriga*, 45, 45nn.

## RESUMÉ

Předmětem vlastního příspěvku, který následuje po latinskými elegickými distichy vyjádřené *laudatio* oslavenkyně doc. PhDr. Eleny Marečkové, je „decline and fall“ lidstva od jeho „zlatého věku“ přes potopu světa jako důsledek Jupiterova hněvu až po obrození lidského pokolení podle Ovidiova podání v *Proměnách* (1.69–348 *passim*). Uvedený překlad má za cíl vyličit obecně známou látku v novém hávu, rezignujícím na přístup běžný v české translato-logické tradici: místo sledování principu „metrem originálu“ (v tomto případě český sylabotonický „hexametř“ jako pokus o nápodobu latinského časoměrného hexametru) se tento přístup zaměřuje na jiné kvality Ovidiova textu spíše než na jeho – nepochybně bravurní – veršovou techniku. V zájmu přetlumočení jedinečnosti každé scény a její atmosféry se zde pozornost soustřeďuje na vizuální a akustické kvality textu, na onomatopoeické efekty a na příležitostný rým na půdorysu většinou 6- nebo 5stopých (zřídka 4stopých) volných veršů s průběžným využitím veršového přesahu v roli jakéhosi svorníku, udržujícího napětí v barvitém *perpetuum carmen*, jak je anoncuje Ovidius v expozici *Proměn* (1.3–4).

*dsvob@lfl.cuni.cz*